14. *illuminatione* & *mandato*, expreſſo vel impreſſo, loquentes ac ſcribentes dirigens.

15. *Inſtrumentalis* fuerunt, præter angelos & patres;

16. primùm Moſes & prophetæ:

17. tum Chriſtus & Apoſtoli;

18. & qui tum illis tum his ſuo loco ſucceſſere.

19. Finis eſt *ſanctificatio*, hoc eſt, notitia excellentiæ, cum affectu & operibus conſentaneis.

20. Eminet in ſignis præcipuè Scriptura Sacra:

21. quæ eſt verbum, ſeu teſtimonium ſcriptum à prophetis & apoſtolis ad doctrinam noſtram: ut per patientiam & conſolationem ejus ſpem habeamus.

22. Eóq; nihil aliud eſt quàm *Syſtema* quoddam *Theologicum*, factum ab ipſo Deo:

23. quo proinde nullum aliud melius